

Pierij Val. Apis.

A R T I F I C I V M.

NAM illud quod Solomō ait, Vade ad Apem, & disce ab ea quām laboriosa
fit operatrix, vnicuiq; manifestum est artificij sedulitatisq; illam esse hiero-
graphicum, Virgilio præfertim naturam eius tam luculenter explicante, vt ver-
sus eos & decies & cēties memoria repetisse neminiem vnum pœnitere posse:

Nanq; alia viuctu inuigilant, & fædere paecto

Exercentur agris; pars intra septa domorum

Narcisi lachrymam, & lentum de cortice gluten

Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces

Suspendunt ceras: alia spem gentis adultos

Educunt fætus, alia purissima mella

Stipant, & liquido distendunt necare cellas.

Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,

Inq; vicem speculantur aquas & nubila cœli,

Aut onera accipiunt venientium, aut agmine facto,

Ignauum fucus pecus à præsepibus arcent.

Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.

E

Democritus tamen dicacitate (vt idem identidem repeatam) libertatēq; illa fre-
tus sua, diligentiam hanc & assiduum in re facienda curam improbaturus, par-
cos aiebat Apibus esse similes, quæ vti semper victuæ laborarent. In quā sen-
tentiam Virgilianum illud potius detorquerem:

Sic r̄nos non vobis mellificatus Apes.

S O L S T I T I V M.

Est & solstitij estiui hieroglyphicum Apes, q; suo ad labores egressu, vt apud
Aristotelem habetur, solstitiū id denunciat, eo quippe tempore, quasi ferias
quasdam celebrent quiescentes. Sed iam tēpus est, vt & nos quoq; tandem ali-
quando quiescamus ab intenta adeò Apum harum inquisitione, si modò vnum
quod haudquaquam prætereundum est, subiunxerimus, quod ab Mnasea Pata-
ræo de Apibus scriptum tradunt: eas humanum genus ab esu carnium ad ar-
borum fructus & hortensia olim auocasse, condimento scilicet subministrato,
per quod vniuersiusq; cibi, subacidi etiam & amari, sapor commendaretur: cu-
ius etiam inuentionis huiusmodi recitat historiam. Peloponnesi, ait ille, Melissa
quædam cùm fauum Apum inuenisset, prima omnium gustauit, mox & aqua
dilutum bibit, remq; alijs indicauit, aimaliaq; ipsa de se Melissas appellari, & ab
hominibus summa cura & diligentia curari obseruariq; mandauit.

D E C V L I C E ▶

De suauitate dulcedinēq; haec tenus locuti, melissæ tēperamentum secu-
ti, quod ipsa nō infuse, oppositis iuxta se simulque positis, excogita-
uit, de acore iam dicere aggrediemur, cuius hieroglyphicū est culex.

A C O R I S A V I D V S.

Fa vero de causa coepitū est, pposito Culice hominē acidis illectū indicate,
q; Culices obseruaſſent nō admodū cupidè appetere dulcia, sed acida quā-
uidifſimè. Leuia hæc forte videātur, si quis simpliciter acceperit. Sedem veluti
per mel omnē rerum iucunditatē intelligebamus, ita per acorem quicquid est
ameenitati cōtrarium, nobis fuerit proponēdū. Esse enim homines qui iucundi-
tatem omnē auersentur, veriſſimum est, & ne longius exempla queramus, erat

mihi